



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. De quo ex his modis loquatur D. Thom. hoc Articulo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

90 Quest. 9. De Motu Voluntatis. Art. 6, Dub. 2, 3.

Speciem actus: unde non est causa cur voluntas potius hac specie motus, quam alia mouetur. Tum deniq; quia non est ratio, cur ille actus hic & nunc fiat, sed influxus voluntatis est huius ratio: id est enim hic & nunc voluntas mouetur, quia hic & nunc praebet influxum; non autem quia Deus praebet influxum. Itaq; hac ratione voluntas potius mouet seipsum, quam Deus; nam motus eius secundum suam speciem & exercitium actus, reducitur potius in voluntatem, quam in Deum.

3. Quatenus ad actum determinat.

4. Quatenus pias affectiones in anima relinquit.

5. Propositiōne obiectio.

Tertio, Mouet ipsam determinando ad actum; vt cūm immitit pias affectiones ad fidem, spem, charitatem, pœnitentiam, &c. qua affectiones sunt motus voluntatis producti à Deo singulari influxu, voluntate necessariō concurrente. Vnde potius tribuntur Deo tamquam auctori, quam voluntati.

Quarto, Mouet voluntatem Deus mediante his pīs affectionibus, tamquam virtute à se impressa, & veluti semine quodam diuino, ad eliciendum actum libertum, v. g. fidem, spem, charitatem, pœnitentiam &c. Simili ferè modo dicitur mouere per habitum infusum: est enim hic semen quoddam Dei, teste Ioanne epistola 1. e. 3. Dicrīmen tamen est, quod habitus supernaturalis non ita sensibiliter inclinet voluntatē.

Quintus modus est, quo mouet voluntatem interiorius vel exteriorius proponendo obiectum ex opinato, & efficiendo vt absque precedente consilio aliquid menti incidat, quo voluntas allicitur vel auertatur. Sic Deus mouet per bonas cogitationes, quas suā prouidentiā immittit.

D V B I V M II.

De quo enī his modis loquatur D. Thomas hoc articulo.

38

R Esondeo, D. Thomā videri potissimum loqui de primo modo, quamquam reliquos non excludat. Quod primario de primo loquatur, probatur; quia ratio ipsius directe solum probat Deum mouere voluntatem, quatenus est auctor nostrā voluntatis, qui inclinationem in bonum viruſale ei impressit.

Quod reliquos non excludat, probatur Primo, quia reliquī modi sequuntur ex primo. Ideo enim necessariō Deus cooperatur ad omnes voluntatis motus, quia natura voluntatis aſſiduè ab ipso solo dependet: id est etiam potest solus voluntati praeiūs instinctus immittere, & per eos ipsam ad varias operationes inclinare; quia solus est voluntatis auctor. Denique hæc eadem causa est, cur ad ipsius prouidentiā pertineat, vt omnis proprieſtatio obiectorum, vel ipsius directione, vel singulari permitti fiat.

Secundo probatur quia ſolus ille primus modus non est sufficiens, vt Deus ceneſatur propria cauſa primorum motuum voluntatis. Nam diuerſo tēpore, & diuerſis hominibus diuerſi motus incident, cūm tamē omnium hominum voluntates eodē ſemper modo à Deo dependant: Ergo hæc dependentia non est propria cauſa cur huic incidat talis motus, alteri verò talis: fed hoc referendum eſt in diuerſis iuſtincis, quos Deus diuerſis temporib; immittit; vel certe in diuerſis obiectis, quæ per ipsius prouidentiam diuerſi

hominibus occurunt. Nihil enim vñquam occurrit homini interiū vel exteriū, quod non singulari Dei prouidentiā vel fit ad hoc directū, vel permifſum. Vide Prosperum ſententiā 58. vii explicat, quomodo Deus fit ſumma cauſa omnium motionum corporalium & spiritualium.

Dices primō, si idcirco Deus dicitur mouere voluntate, quia inſertut inclinationem, ex qua motus ille ſequitur: ergo Deus etiam erit auctor malorum motuum, ſive prouenientium, ſive liberiorum; quod eſt contra fidem: vt Prima parte oſtenſum eſt.

Reſpondeo Primo, Deū eſte auctorem horum motuum, & mouere voluntatem ad hos motus non absolute, ſed quatenus generatim tendunt in bonum. Quod enim omnis motus voluntatis tendat in aliquam boni rationem, habet à Deo, qui voluntati imprefſit inclinationem ad bonum in genere pīcū ſumma ratione honesti & inhonesti. Colligitur ex D. Thoma ad tertium.

Secundo, Reſponderi potest, nō omnes primos motus qui ſequuntur ex inclinatione voluntatis, referendos eſt in Deum auctorem; ſed eos tantum, propter quos Deus inclinationem dedit: dedit autem inclinationem naturalem voluntati, non vt praui motus ex ea ſequentur, ſed honesti. Quare eſi praui motus ſequuntur ex inclinatione voluntatis; tamen non ſunt in Deum referendi; quia non ſequuntur ex hac inclinatione, vt ſubſt intentioni & directioni Dei, ſed vt ab ea declinat. Sicut cūm quis vitetur gladio, non ad ſui defenſionem, ad quam factus eſt ab artifice; ſed ad latrocinium; artifex non ceneſetur cauſa latrocinij.

Dices Secundo, Hac ratione Deus etiam dicetur mouere ad electionem: nam electio ſequitur inclinationem voluntatis à Deo inſitam. Atqui hoc eſt contra D. Thomam: ergo, &c.

Reſpondeo, Poſſe id aliquo modo dici, tamen non ita propriè, ſicut de intentione. Et hoc eſt quod vult. D. Thomas. Ratio eſt; quia naturalis inclination voluntatis, primō & per ſe tendit in amorem finis, ſeu boni per ſe amabilis; in media vero non tendit, niſi ex vi amoris finis, ac proinde non niſi mediante alia volitione. Quare cūm electio oriatur immediatè à volitione finis, non autem ex proprieſtate voluntatis inſitā à Deo; magis propriè refertur in voluntatem, quā in Deum auctorem naturā. Simile eſt in intellectu, qui quatenus mouetur ad aſſentum primorum principiorum, ceneſetur moueri ab auctore naturā, qui iſtud lumen intellectui imprefſit: quatenus vero ex vi aſſentis principiorum mouetur ad aſſentum conclusionis, ceneſetur mouere ſeipſum.

D V B I V M III.

Virū aliquā cauſa creata, vt Angelus vel Demon, poſſit voluntatem directere mouere ad exercitium adiutoriū.

R Esondeo, Non poſſe eam mouere directe, ſed ſolū indirectere, ſcilicet proponendo obiectum.

Non directe. Primo, Quia Scriptura ſoli Deo tribuit cordis motionem, Proverb. 21. Cor. Regis in maria Domini, quo cumque voluerit, vertet illud. Eadem ſoli tribuit ſeptorū cognitionē. Reg. 8. Tu ſolus

39

40

Directe no potest.